Aquileia, 14. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



et p̃ atum est regnum i conspectu an
tyochi. ⁊ cepit regnare in terra egypti
ut regnaret super duo regna. Et intro
ivit egyptum in multitudine gravi
in curribus ⁊ elephantis ⁊ equitibus.
⁊ copiosa navium multitudine. Et
constituit bellum adversus ptholome
um regem egypti ⁊ timuit eum ptho
lomeus a facie eius ⁊ fugit. ⁊ ceciderũt
vulnerati multi. ⁊ comprehendit civi
tates munitas in terra egypti. ⁊ acce
pit spolia terre egypti. T. Et conti
nuit antyochus postquam pacavit egyp
tum in centesimo ⁊ quadragesimo anno
⁊ tertio anno. ⁊ ascendens ad israel venit
hierusalem in multitudine gravi. ⁊ intro
ivit in sanctificationem cum superbia. ⁊ ac
cepit altare aureum ⁊ candelabrum lu
minis ⁊ universa vasa eius. mensam
propositionis ⁊ libatoria ⁊ fialas ⁊ mor
tariola aurea ⁊ velum ⁊ coronas. et
ornamentum aureum quod in facie templi
erat. ⁊ contrivit omnia. ⁊ accepit ar
gentum ⁊ aurum ⁊ vasa concupiscibilia.
Et accepit thesauros occultos quos
invenit. ⁊ sublatis omnibus abiit in
terram suam. ⁊ fecit caedem hominum
⁊ locutus est superbia magna. ⁊ fuit
luctus planctus magnus in israel ⁊ in omni
loco eorum. ⁊ ingemuerunt principes ⁊
seniores iuvenes ⁊ virgines infirmati
sunt. ⁊ speciositas mulierum immuta
ta est. Omnis maritus sumpsit
lamentum que sedebat in thoro mai
tali lugebant. Et commota est terra
super habitantes in ea ⁊ universa domus
iacob induit confusionem. Tu a.

Et post duos annos feria secunda.
dies misit rex principem tribu
torum in civitates ⁊ venit hierusalem
cum turba magna ⁊ locutus est ad
eos verba pacifica in dolo ⁊ crediderũt
ei. Et irruit super civitatem repente.
⁊ percussit eam plaga magna ⁊ perdi
dit plurimum populum israel. ⁊ accepit spo
lia civitatis ⁊ incendit eam igni.
⁊ destruxit domos eius ⁊ muros in ci
rcuitu. ⁊ captivas duxerunt mulieres
⁊ natos ⁊ pecora possiderunt. Et
edificaverunt civitatem dauid mu
ro magno ⁊ turribus firmis ⁊ fuit
illis in arcem ⁊ posuerunt illic gen
tem peccatricem viros impios. et
confortaverunt in ea. Et posuerunt
arma ⁊ escas. ⁊ congregaverunt spoli
a hierusalem ⁊ reposuerunt illic ⁊ facti sunt
in laqueum magnum. Et factum est
hoc ad insidias sanctificationis ⁊ in
diabolum in israel semper. Et effuderũt
sanguinem innocentem per circuitum san
ctificationis ⁊ contaminaverunt san
ctificationem. ⁊ fugerunt habitatores
hierusalem propter eos. Et facta est habitatio ex
ternis ⁊ facta est extranea semine suo. ⁊ na
ti eius reliquerunt eam. T. feria tertia.

Sanctificatio eius desolata est
sicut solitudo. Dies festi eius con
versi sunt in luctum ⁊ sabbata eius
in obprobrium. Honores eius in ni
hilum. secundum gloriam eius multiplicata
est ignominia eius. ⁊ sublimitas
eius conversa est in luctum. Et scrip
sit rex antyochus omni regno suo.
ut esset omnis populus unus. ⁊ relinquerent
unusquisque legem suam. ⁊ consenserunt
omnes gentes secundum iubum regis
antyochi. ⁊ multi ex israel consenserunt
ei. ⁊ sacrificaverunt idolis ⁊ contami
naverunt sabbatum. Et misit
rex antyochus libros per manus nun
cios in hierusalem. ⁊ omnes civitates
iude. ut sequerentur leges gentium ter.